



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 61. Catholicæ Religionis libertas in Belgio indulta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

atque Evangelici Præcones feliciter in Sæc. XVII.
Persiam irrepserunt, maximo plurimo- A. C. 1609.
rum per eos Christo adjunctorum e-
molumento.

§. LXI.

Catholicæ Religionis libertas in Bel- gio indulta.

Postquam in Belgio arma in spem pa- *Contin.*
cis per inducias deposita quieverant, *Thuan. l. 2.*
unice superesse videbatur, ut de Reli- *pag. 256.*
gionis Catholicæ libertate articulus, qui *Grotius an-*
tantopere expetitus foederis legibus non *nal. l. 18.*
erat insertus, tandem concluderetur. *Daniel hist.*
licebatur Hispaniæ Regi necnon Alberto *de France*
tom. 10.
Archiduci Joanninus Franciæ Regis O-
rator, quod complanatis ceteris diffi-
cultatibus, firmataque pace Religionis
caussam vehementer urgere velit. Nec
defuit promisso operis constantia; quip-
pe solutis nondum comitiis hic nomine
Henrici Franciæ Regis hunc in modum
Fœderatos Ordines alloquebatur: „jus-
sus sum nonnisi concluso fœdere de Re-
ligionis negotio vobiscum agere, ut
„ea, quæ hac in re indulturi estis, li-
„bere, ac remota omni coactione sta-
„bilita cognoscantur. Rex meus, qui
„Catholicam profitetur Religionem, ar-
„denter petit, ut Catholicis, qui in
„vestris morantur Provinciis, eandem
„fidei

Sæc. XVII. „fidei Catholicæ libertatem, quam ipse
A. C. 1609. „Gallis vestram Religionem sequentibus

„indulget, pariter concedatis. Hoc
„petit, misertus sortem tot Catholicorum,
„quos pace ac libertatis commodo, velut
„tot laborum fructu spoliare, atque epi-
„triæ suæ gremio excludere, inhuma-
„num foret, postquam cum ceteris tam
„diuturni belli calamitates tam strenue
„tolerarunt, ac toties pro patriæ suæ
„libertate sanguinem suum crebris in
„præliis exposuerunt: Haud ignoratis,
„quanta mala ac tumultus ex denegata
„Religionis libertate progerminare fo-
„leant: in memoriam revocate Hispa-
„norum duritiem, quæ ad excutiendum
„eorum jugum vos impulit: intuemini
„civium vestrorum oculos lacrimis ma-
„nentes, eo quod sicut mutatam domi-
„nantium vicem aequo, sic iniquo ferent
„animo amittendam Religionis suæ li-
„bertatem. Hanc clam desiderant, &
„palam per me exorant: nolite eos ad
„desperationis extrema incitare; valde
„gloriosum erit eorum lacrimis fleti,
„periculose autem violentiæ cedere,
„ex quo nil nisi gravissima emergunt
„mala, quæ saepe Deus permittit, ut
„testatum faciat, quod Religionis dif-
„dia non bellis, non suppliciis, sed
„mutua charitate & Principum benigni-
„tate componenda sint, proin exoranda

„sit divina Bonitas, quatenus homi- Sæc. XVII.
 „num Rectores eo permoveat, ut jun- A. C. 1609.
 „ctis viribus unacum Universali fidelium
 „Patre remedia contra hæc mala a San-
 „ctis Patribus præscripta quærere fata-
 „gant. Interea Rex meus edictum pro
 „Gallis Protestantibus emanatum ex-
 „acte observari curat, & concordiam
 „inter eos & Catholicos in iisdem ur-
 „bibus ac non raro sub iisdem tectis
 „fovet: unde placantur animi, quos
 „bellum exasperabat, eorumque fanio-
 „res nil ardentius exoptant, quam ut
 „sub eadem fidei societate omnis odii
 „vel scandali occasio cefset., Demum
 adductis pluribus aliis rationibus con-
 clusit, quod Rex non quidem Catholicis
 suam Religionem publice profitendi
 libertatem concedi deposcat, sed fal-
 tem, ut privatum & sine molestia, fi-
 dei a tot retro sæculis in hisce Provin-
 ciis receptæ exercitiis vacare liceat.
 His ponderatis ex Ordinum Deputatis
 potissimi legem in Catholicorum favo-
 rem absque evidenti Reipublicæ peri-
 culo condi posse negabant: moderatio-
 res vero indulgentia utendum rati, hanc
 gratiam nec Regi Christianissimo, nec
 fidelitati Catholicorum, qui unacum
 Protestantibus calamitatum socii erant,
 denegandam esse pronuntiabant: horum
 quoque prævaluit sententia; quippe ur-
 genti-

Sæc. XVII. gentibus Franciæ & Hispaniæ Legatis
A.C. 1609. Fœderati Ordines, necnon Mauritus

Princeps polliciti sunt, ut in illis Brabantia Urbibus, ut antea, sola Catholico-Apostolico-Romana Religio conservaretur, in ceteris autem omnibus Ordinum locis privatim, præfatæ Religionis usus toleretur, ac permittatur.

§. LXII.

Anglorum querelæ aduersus Jacobum I. Regem.

Rapin Thoib. Anras hist. d'angl. i. 18. Haud parum displicuit Jacobo I. Angliae Regi, quod Hispaniæ Rex a Federatis Ordinibus liberi ac non dependentis Status prærogativam indulserint; pessimi enim exempli rem effe arbitrabatur, quod subditorum rebellio contra legitimum suum Regem concitata, non modo criminis impunitate, sed & libertatis privilegio donaretur: Augebat in hoc Rege dolorem ipsa Anglicani Regiminis norma, qua Proceribus, populisque nimiam auctoritatem non sine supremæ ac Regiæ potestatis præjudicio & discrimine tribui censebat, hinc data omni occasione Parliamentorum, ut vocant, auctoritatem immuniisse, suam vero extulisse, a non paucis arguebatur: Hujus rei specimen de-